Nicolaus pp V.

Dilecte fili salt et aplicam ben. Fuerunt hic apud nos Oratores Terre nre Montissancti. et inter cetera exposuerunt se multa milia florenorz pro statu ecclie retroactis tpribus exposuisse.
nec laboribus nec expensis pepercisse pro statu dicte ecclie. Dolent nunc et conqueruntur pecunia p ipsos de mandato eoru qui prouintie pro ecclia preerant expositam. et in maxima
ipsius ecclie utilitate conuersam, eis non admitti nec excomputari. Nos considerantes labores ipsorum et informati quantam fidem ac deuotione ipi ecclie semp prestiterunt.
decreuimus ipsorum iustas ac honestas petitiones ad aliqualis exauditionis gram admittere. Cum itaq diuersis tpribz uarias talearz taxas soluerint. uolumus et ita p presentes statuimus
et ordinamus qd tpre nro et infuturu summa Quingentorz florenorz Monete currentis in dca prouintia tantu pro taleis ipis soluant et ultra grauari no possint. absq expsso nro
mandato. et ex istis Quingentis uolumus singlo anno Centum florenos excomputari. et eis admitti usq ad totalem defalcatione pecunie. qua eos pteritis tpribz pro statu
ecclie et de mandato eorz qui prouintie noie ecclie preerant. legitime psoluisse constat. Mandamus itaq Circumspectioni tue ut hanc nram uoluntate et ordinatione
eis p Thesaurariu dicte Prouintie pro tpre existente inuiolabiliter obseruari facias. omni exceptione remota. quia ita nre intentionis est. Ipsisq presens breue resti
tuas. et cos in omnibus optimum potes comendatos heas Dat Rome apud Sanctumpetrum sub anulo piscatoris die pma Martij. Mccccxlviii Pont nostri anno Secundo,

Pe. de Noxeto.



Dilecto filio E. tt. sancte Susanne
pbro Carli aplice sedis Legato :-

Nicolò V.

N.° 4.°